



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Vtrum pater vel filius eadem dilectione se diligant, quæ procedit ab  
vtroque, id est, spiritu sancto. A. B

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

UTRUM PATER VEL FILIVS SPIRITU  
*sancto diligat, cum diligere idem Deo sit  
 quod esse.*

## DISTINCT. XXXII. A

HIC oritur quæstio ex prædictis deducta, dictum est n. supra, atque sanctorum auctoritatibus ostensum, quod spiritus S. est communio patris & filii, & amor quo pater & filius se inuicem diligunt: Ideo queritur, utrum pater vel filius per spiritum sanctum diligat. Quod utique videtur oportere dici secundum auctoritates supra positas: quibus ostenditur spiritum sanctum esse, quo genitus à gignente diligatur, genitorumque suum diligat. Sed contra si pater vel filius dicatur diligere per spiritum S. videtur esse per spiritum sanctum: quia non est aliud Deo esse, & aliud diligere, sed idem: quia ut ait Augustus, in xv. l. de Trin. Quicquid secundum qualitates in illa simplici natura dici videtur, secundum essentiam est intelligendum, ut bonus, magnus, immortalis, sapiens, diligens, & huiusmodi. Ideoque si pater vel filius diligit per spiritum sanctum, per ipsum spiritum esse videtur: neque tantum essentia sua diligit, sed etiam dono.

*Ca. 5. post  
medium.*

*Ibid. paulo  
inferius.*

*Hæc quæstio insolubilis est, humanum superans  
 sensum: in qua auctoritates sibi  
 occurrunt.*

## B

HVIC quæstioni, cum altitudinem nimiam profunditatis contineat, id solum respondemus, quod Augustinus significare videtur, scilicet quod pater & filius se diligant, & unitatem seruent, non solum essentia sua, sed suo dono proprio: quod licet supra positum sit, iterare tamen non piget, quia sic expedit. Ait ergo Augustinus in 6. lib. de Trin. ita: Manifestum est quod non aliquis duorum est quo uterque coniungitur, quo genitus à gignente diligatur, genitorumque suum diligat, sintque non participatione, sed essentia sua,

*Cap. 5 in  
principio.*

M 5 neque

Cap 7. non  
lege à prin.

neq; dono superioris alicuius, sed suo proprio ser-  
uantes vnitatem pacis. Ecce hic dicit quod essen-  
tia sua & dono suo seruant vnitatē. Idem in xv. de  
Trin. ait: In illa Trinitate quis audeat dicere, pa-  
trem nec se, nec filium, nec spiritum sanctum dili-  
gere, nisi per spiritum sanctum. Hic aperte osten-  
dit, patrem non tantum per spiritum sanctū dili-  
gere: non autem simpliciter dicit patrem non dili-  
gere per spiritum sanctum.

*Vtrum pater sit sapiens sapientia quam genuit, sicut  
diligat amore qui ab ipso pro-  
cedit.*

C

Aug. t. 1. in  
prin. & c. 2.  
1. Cor. 1. d

Præterea diligenter inuestigari oportet, vtrum  
pater sapiens sit sapientia quam genuit, quæ tan-  
tum filius est. Quod videtur à simili posse proba-  
ri. Si enim pater diligit amore qui ab ipso, pcedit,  
cur nō & sapientia vel intelligentia quam ipse ge-  
nuit, vel intelligit? Hæc quæstionē vrgere videtur,  
vt ait Aug. in 6. lib. de Trin. quod scripsit Apostol⁹,  
dicens: Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.  
Vbi quæritur, vtrum ita sit pater sapientiæ & vir-  
tutis suæ, & hac sapiētia sapiens sit quā genuit, &  
hac virtute potens quā genuit. Sed absit vt ita sit:  
quia si hoc est ibi esse q; sapere, non per illam sapi-  
entiā quā genuit sapiēs dicitur pater: alioquin nō  
ipsa ab illo, sed ille ab ipsa est. Si enim sapiētia q;  
genuit, causa est illi vt sapiens sit, etiā vt sit ipsa il-  
li causa est: q; fieri non potest, nisi gignendo eū aut  
faciendo: sed nec genitricē, nec conditricē patris  
vllō modo quisquam dixerit sapientiā. quid enim  
est insanius? Ergo pater ipsa sapientia est, qua sa-  
piēs est. Fili⁹ vero dicitur sapientia patris, & virt⁹  
patris: nō q; pater per eum sit sapiens vel potens,  
sed quia filius sapientia, & virtus est de patre sa-  
pientia & virtute. Ex his ergo patet q; pater nō est  
sapiens sapientia genita, sed seipso sapientia inge-  
nita. Aug. in li. 83. quæst. 23. quæst. to. 4. Cū sapiens  
Deus